

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Speculum Quaestionum moralium, in universam Aristotelis philosophi summi Ethicen**

**Case, John**

**Francofurtum, 1597**

**VD16 C 1242**

Cap. VII. - Quid felicitas, & quid felix? [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109038)

ipse verò atque substantia non possint: neque in his pugnat auctoritas cum veritate, cū non in tempore quod mutatur, sed in re ipsa, quæ habetur, veritas eluceat: præterea sacrosanctæ illa salutis nostræ mysteria, nimirum paschatus & pentecostes, quæ in dominicis diebus contigerunt, mutationem sabbati apertissime insinuant.

Pascha & Pentecoste mutationem sabbati insinuant.

Opp.

Deus est summum bonum, ut docet Arist. in 1. de cælo cap. 9. & etiam in 11. Metaphysicorum, sed per infinitam & separatam Ideam nihil aliud intelligit Plato quàm Deum: ergo iniuste hoc loco reprehenditur ab Arist.

Resp.

Idea felicitatis politica non est.

Concedo consequens & consequentiam: veruntamen si per Ideam intellexisset Plato politicam felicitatem, quam intellexisse illum vrget Arist. tum proculdubio iniusta non fuisset eiusdem refutatio.

## CAP. VII.

Quid felicitas, & quid felix?

An felicitas sit sufficiens bonum?

REFUTATIS prætorum philosophorum erroribus, redit iam tandem ad institutam de summo bono disputationem, primumque quærit, An felicitas sit sufficiens bonum? Attende



nenſ, nam morientes naſcimur; quis ergo ſtatus, quæ quies; quis ſcopus & portus vitæ, niſi ſola beatitudo? rectè Mantuanus.

*Eſt honor, in portum cum puppis ab aquore venit,  
Laudibus inceptum continuatur iter.*

Si igitur felicitas ſit ille ſinis, qui appetitur propter ſe, adeoq; ad aliū nullum in hac vita aut fructu vberiorē, aut dignitate meliorem referatur, perſpicuū eſt reſtiſſime ſummū ordine, perfectione ſufficiens & abſolutè bonū in hac vita nominari; præterea cum ſeiſo ſit contentum hoc bonum, cum in eodem cætera omnia huius vitæ bona conglobentur, cum nullis iſtibus ſulminibusq; aduerſe fortunæ concutiatur, cum hoc ſolo bono appetitus rationis, voluntatis ſitis extingatur, ſi omnib. numeris perfectum ſufficiēsq; appellemus, nemo iure reprehenderit. Poſtremò quoniam eſt in hoc bono quies perpetua ſine motu, ſumma delectatio ſine moleſtia, in ſignis conſtantiæ ſine leuitate, diuinus honor ſine miseria, rectè optimum vitæ terminū & actionum humanarum vltimum ac ſufficiens

Docet pluribus rationibus, felicitatem eſſe ſufficiens bonū.

ciens bonum nominemus. Hinc defini-  
 tur actio animi perpetua in via perfecta,  
 per actionē motum virtutis, per animū  
 intellectum & voluntatem, per vocem  
 hanc (perpetuam) in agendo constanti-  
 am, per vitam perfectā, in perseverando  
 anchoram patientiæ & prudentiæ intel-  
 ligir philosophus, quasi diceret, felicitas  
 est actio, id est, in subiecto immanens se-  
 cundum essentiam, transiens in obiectū  
 secundum existentiam, animi, id est in-  
 tellectus & voluntatis humanæ, perpe-  
 tua, id est, perfecta ab usu rationis, in vita  
 perfecta, id est, secundū imperiū rationis  
 & virtutis directa & gubernata: imma-  
 nentem actionem esse dico quoad essen-  
 tiam, quia si naturā spectes, in bonis so-  
 lum internis ponitur, transeuntem etiā  
 addo quoad existentiam, quia si vsum spe-  
 ctes in bonis externis cernitur, actionem  
 animi, id est, tam intellectus, quā volū-  
 tatis interpretor: Intellectus respectu ra-  
 tionis. voluntatis respectu potētis ac li-  
 bertatis. Quod hæc interpretatio sit & ra-  
 tioni & authoritati Arist. maximè con-  
 sētanea, cōstat ex verbis philosophi in 3.  
 capi-

Felicitas  
 quid sit, fals-  
 us explicatur.

Felicitas est  
 actio imma-  
 nens respectu  
 subiecti, trā-  
 siens respectu  
 obiecti sui.

ca. istius li. ubi bona an in solum neces-  
saria ad felicitatem esse concludit, reli-  
qua tamen vt ornamenta requirit, & in  
10 ubi docet externa bona sublata felici-  
tatem labefactare quidem, sed non tol-  
lere, & delere, tam enim inquit maximè  
splendescit felix, cum maximas ærum-  
nas & tragedias fortunæ perferat. In  
calee huius capit. definitur etiam felix  
qui est vndiq; quadratus homo in arce  
quasi virtutum vigil, constans, sapiens,  
vigil ne securitatis, constans, ne leuitatis,  
sapiens ne temeritatis alijs exemplum  
præbeat: quid multis? felix est vir perfe-  
ctus moribus qui iuste vivere & benè  
mori ierò ac semper meditatur.

Felicem æ-  
rumnæ non  
deiciunt.

Felix quid.

Beatitudo  
probatur in  
textu Arist.  
boni esse  
sufficiens.

- Ab imperfectione aliorum finium, quæ ad felicitatem, & ad suum terminu referuntur.
- A distinctione boni per se quale est virtus, propter se quale est felicitas, per accidens quale est bonum naturæ & fortunæ.
- A continuatione eiusdem, cum sit perpetuum & incommutabile.
- A perfectione & quiete, qua per illam fruitur beatus.
- A remuneratione, quia felicitati honor, virtuti laus solum debetur.

Bonum

Absolutum, diuinum, & incommutabile, & sic Deus solum bonum sufficiens dicitur.

Bonum sufficiens est vel Comparatum seu humanum, quod respectu omnium bonorum in hac vitâ est perfectissimum, & sic felicitas est bonum sufficiens ob illas causas quas modò diximus.

Diuina, quæ ante distinguitur.

Felicitas est vel Humana, quæ est.
 

- Simplex.
  - Actiua quæ hic definitur.
  - Contemplatiua, quæ in 10. lib. tractatur.
- Aggregata, quæ est potius totius ciuitatis, quam vnius hominis, & hæc in libris politicorum traditur.

Opp.

Requit philosophus in textu vt felicitas nõ solum felici, sed etiam parètib. liberis, cõiugi, amicis & ciuib. sufficiat: at fieri nõ potest vt vnus bonũ tot satisfiat, ergo felicitas non est sufficiens bonũ, vt Arist. requirit.

Resp.

Intelligendus est philosophus de actione transeunte in qua felix deesse suis non debet, si modo detur facultas, at si desit obiectum quò minus agat magnificè, non minus tamen felix in essentia esse dicitur: dependet enim felix à virtute non à fortunâ. Nam ab illâ habitum, ab hac ornatum habet.

Felix à virtute habitum, à fortuna ornatu habet.

Opp.

Requit bona tam externa, quàm interna Arist. ad felicitatem, ergo non est sufficiens sine illis.

Resp.

Resp.

Externa or-  
nant felicitatem, non cō-  
stituunt.

*Requirit externa non ad essentiam, sed ad existentiam & ornatum, vt diximus.*

Opp.

*Si bona externa non requirantur necessarid ad felicitatem de qua agimus, tum nihil esset discriminis inter actiuam & contemplatiuam felicitatem, sed aliquid est discriminis, teste philosopho, ergo requirūtur.*

Resp.

Actiua felicitate präditus non semper agit, sed agere potest.

*Maior falsa est: nam non requiritur, vt actiuā felicitate präditus semper agit, sed vt agere decorē possit si detur occasio. Simili modo non requiritur, vt homo contemplatiuā felicitate agere possit, cum in solā contemplatione ex officio vitam solitariam degat. Alij respondent inter felicitatem actiuam & contemplatiuam nihil esse discriminis quoad essentiam.*

Opp.

*Actio virtutis est laboriosa, ergo non est sufficiens bonum: Antecedens probatur in 2. lib. Ethic. vbi docet philosophus, esse laboriosum inuenire medium & admodum difficile esse studiosum: Argumētum sequitur, nam si sit laboriosa, actio erit quoq; molesta, & ex consequenti felicitas non erit sufficiens bonum.*

Resp.

Radix virtutis amara, fructus dulcis.

*Laboriosum est quidem inuenire medium, sed inuenienti longè pulcherrimum, ita vt actione virtutis nihil delectabilius esse possit radix virtutis amara est, fructus dulcissimus, vt docuit Isocrates.*

Opp:

Opp.

Anima est bonum, sed felicitas appetitur propter animam, ergo felicitas appetitur propter bonum, & proinde propter finem, quod si concedatur sufficiens bonum esse non videtur. Maior est Arist. in 1. Metaphysic. ubi docet bonum & unum esse in omnibus: minor in 10. Ethico. confirmatur, ubi docet felicitatem expeti propter animam.

Resp.

Mutatur suppositio boni: Nam anima bonum secundum esse suum à Deo acceptum dicitur, felicitas vero bonum perficiens extrinsecus & non constituens definitur: appetitur quidem felicitas propter animam, non ut illam finem & obiectum habeat, sed ut illam suam sedem & obiectum orner.

Anima quo modo sit bonum. Anima est sedes felicitatis.

Opp. contra definitionem felicitatis.

Opus & operatio differunt, ut domus & edificatio, sed felicitas in textu opus hominis dicitur: ergo male definitur actio seu operatio.

Resp.

Ut oratio à Rhetoribus opus & instrumentum dicitur oratoris: Opus, quia ab oratore fit & constituitur: instrumentum, quia eadem in omni agenda causa utitur: ita felicitas à philosophis & opus & operatio nominatur, opus quia multis actionibus fit & acquiritur, operatio quia in perpetuum agendo bene continuatur.

Opp

F

Opp

## Opp.

Intermittitur actio virtutis, sepe enim edimus, ludimus & dormimus, ergo felicitas perpetua actio recte non definitur: hoc argumentum videtur confirmari à philosopho in hoc libro, vbi docet per dimidium vite nos à miseris non distare.

## Resp.

Felix semper agere potest.

Edit, ludit, dormit felix. Felicis animus perpetuò agit.

Quemadmodum accidens semper inesse dicitur, nò quòd semper inbareat, sed quòd semper inherere possit: ita felicitas actio perpetua definitur, nò quòd beatus semper agat, sed quòd possit & velit agere si detur occasio, edit, ludit, dormit felix, nam homo est, non tamen hinc minus felix aut miser dicitur, quippe in his mens semper & bene occupatur, vt ergo sol influit, et si nube à conspectu nostro aliquando obscuretur: ita animus beatus perpetuò agit, et si corpus somno obruatur. Dicendum ergo est beatos à miseris per dimidium vite non distare, non quòd non sint beati, sed quòd distare in opinione multitudine non iudicentur, quia (cum rudis sit) habitum & immanentem actionem virtutis in somno penitus extinguì & deleri putat.

## Opp.

Actio intellectus ad verum, actio voluntatis ad bonum solum tendit, ergo felicitas qua est solum bonum, male definitur actio vtriusq.

## Resp.

Diuerso respectu actio vtriusq. definitur, vt antea videre licet.

## Opp.

Opp.

Exitus vita incertus est, vt ait philosophus in textu:  
ergo vita perfecta nulla est.

Resp.

Exitus vite anceps & incertus est, si perpetuo vir-  
tutis studio non gubernetur, concedimus infinitis sco-  
pulis miseriarum obnoxiam esse hanc vitam. At vt sa-  
pienti nihil fortuitum, ita beato nihil miserum con-  
tingit. Nam vt furor bonus ex malo corio optimum  
calceum facit: ita beatus ex malis euentis rerum o-  
primam vitam agit: mala enim tolerat, vt bonis per-  
fruat.

Hæc vita in-  
finitis scopu-  
lis obfessa est.  
Felix malis  
benè vititur.

CAP. VIII.

An tria bonorum genera ad felicitatem  
requirantur?

**T**RIA bonorum genera distinguun-  
tur à philosophis: corporis, animi,  
& fortunæ: corporis vt vires: animi vt  
virtutes: fortunæ vt opes. Quæstio iam  
est, an ex his tribus honorum generi-  
bus constet beatitudo. Mirum est profe-  
ctò quid tandem aliquot interpretes in  
hanc sententiã impulerit, vt somniarent  
Arist. hoc loco docuisse, hæc tria bono-  
rum genera ad essentiã felicitatis neces-